



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmae Virtvtvm, Ac Vitiorvm , Tomus ...

Guilelmus <Peraldus>

Lvgdvni, 1585

De simplici Fornicatione. Cap. VII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46161](#)

populo. Putrefacere faciat femur tuum, & tumens vterus tuus dirumpatur, &c. & Ezech. 35. Vnusquisque vxorem proximi sui polluit: & hereditate terram possidebitis.

De Stupro, cuius peccati magnitudo ostenditur. CAP. VI.

Sequitur de Stupro, quod est illicita defloratio virginū. Cuius peccati magnitudo ostēdi potest. Primo ex hoc qd Si-chen filius Emor, qui Dinā filiam Iacob deflorauit, interfctus est hac de causa cū patre suo & toto populo vrbis suæ: vt legitur Gen. 34. Secundò potest idē ostendi per hoc qd idem peccatū auferit virginitatem, cui debetur fructus centesimus: cūm coniugacis debeatur solum tricesimus, viduis solum sexagesimus. Satis deteriorat terrā, qui facit vt non possit reddere nisi sexagesimum fructū, vel tricesimum, cūm prius redderet centesimum. Qui illicite deflorat aliquam, aliquādo est occasio mille fornicationū, quas ipsa faciet postea. Sicut ille qui primò rumpit clausurā vineæ, occasio est illius dñi quod faciūt qui postea intrāt, qui aliter nō intrassent. Et auferit ei quādoq; qd nūquam de cætero maritum habebit. Ad detestationē etiam huius peccati facit qd bonum quod ipse auferit, scilicet virginitatis bonum, est irrecuperabile & irrecompensabile. Votū virginitatis non recipit dispensationem, quia nec recompensationē.

De simplici Fornicatione. CAP. VII.

Ad simplicis fornicationis detestationem sufficere possunt quæ dicta sunt de luxuria generaliter. Addere tamen hoc possumus, qd hoc peccatū est detestabilius etiā homicidio vel rapina, in hoc qd illa nō sunt substantialiter mala: potest enim aliquis velle occidere aliquē meritorie, sicut iudex amore iustitiae. Et aliquis potest accipere alienū in summa necessitate: sed nullus potest fornicari scienter, quin mortaliter peccet. Ponamus qd aliquis malum non cogitauerit, nec dixerit, nec fecerit, & omnia egerit bona quæ excogitari possunt, & semel tantum fornicatur, & sic decedit absque pœnitentia, ex necessitate damnabitur. Si omnes mislæ quæ vlsq; ad finē mundi celebributur ab ecclesia pro eo celebrarētur, nō liberat eum à morte eterna. Ad detestationē etiam istius peccati facit quod legitur Numer. 25. qd cūm esset fornicatus populus Israël cū filiabus Moab: iussit Dns cunctos principes populi suspendi in patibulis contra solem. Et occisi sunt de populo xxiiij. milliā hominū. Et Phinees qui interfecit Zabri coēuentem cū Madianitide, sacerdotium sempiternum meruit, & irā Dei à populo dñuertit. Et licet fornicatio genus sit omnis illiciti coitus: qui fit extra

Dd 2

T O M V S I I.

⁵²
vxorem: tamen specialiter intelligitur in vsu viduarum, vel
meretricum, vel concubinarum.

* De peccato meretricum.

A d detestationē huius fornicationis quā sit cū meretricib⁹,
facit hoc, q̄ quādo aliquis se credit cū talibus peccare simplici
fornicatione, ipse quādoq; cōmisit adulteriū vel incestū. Sæpe
enim tales mulieres cōiugatae sunt, & forsitan à cōsanguineis ei⁹
q̄ peccat cū eis cognitae. Vnde cōmittit se, q̄ cū talib⁹ peccat ma-
gno discrimini. Et licet nō sint cōiugatae vel affines ei, ipsæ ta-
mē æquè peccat acsi forēt: ex quo æqualis est cōtēpt⁹. Ad dete-
stationē verò illi⁹ fornicationis q̄ sit cū viduis, facit hoc q̄ pec-
cās cū talibus aufert eis honorē. Ad detestationē verò eius q̄ sit
cū cōcubina, facit hoc, q̄ talis fornicatio fit cū scādalo p̄ximi.

* Derapē.

E s t autē alia species luxuriæ præter prædictas, q̄ Raptus di-
cirur. Est autē rapt⁹, cū puella violēter à domo patris educitur,
vt corrupta in vxorem habeatur, siue puellæ, siue p̄ximæ, vis
illata constituerit. Hoc peccatum tantum est, q̄ morte punitur.

De alia diuisione Luxuria. Et primo de Luxuria Clericorū. C A P. VIII.

T ertio modo potest diuidi peccatū Luxuriæ secundūm di-
uersitatē subiectorū in quibus est, vt diuidatur in luxuriā
laicorū, clericorū & religiosarū personarū. * De luxuria vero
laicorū nihil aliud dicemus quā de luxuria in genere dictū sit.
Sed de aliis duab⁹ speciebus dicemus, quia grauus est peccatū
illud in clericis religiosis psonis: & aliter pōde (andū eit in eis,
quā in laicis. Vnde pōodus sanctuarij maius erat ceteris pōderi-
bus mercatorū & ciuium, ad designādum, q̄ aliter ponderanda
sunt peccata laicorum & peccata eorum qui sancti deberent es-
se, quibus dicitur in Esa. Mundamini qui fertis vasa Domini.

* Quæ aggrauant peccatum carnis in clericis.

S E P T E M autē sunt quæ aggrauant peccatū carnis in clerici-
cis in sacris ordinibus cōstitutis. Primū est, voti fractio, & est
ista circūstātia valde aggrauās peccatū, q̄ satis apparebit, si ali-
quis attēdat quā pretiosum sit qđ talis aufert Deo, & q̄ res san-
cta sit. Hæ duæ circūstātiæ aggrauare solēt peccatū rapinæ: pre-
tiositas rei quæ rapitur, quia magis dānificatur p̄ximus: & san-
cta ipsius quia tūc nō est solā furtū, imò etiā sacrilegium.
Castitas verò quā iste promisit Deo cū sacros ordines suscepit,
quā Deo aufert cū fornicatur, res irrecōpēfabilis est. Vnde Eccl.
26. Omnis pōderatio nō est digna animæ continētis. Res etiam
sancta est, cū sit Deo oblata. Vnde contrectatio eius inuitō dño
facta